

Ceterum duplici ratione intellectus fabricatur universale, uno  
modo, quando absolute abstrahit a differentibus individuantibus, et  
concipit eam, ut aliquid commune; altero modo, quando naturam ita  
abstractam conferit cum inferioribus, et addit, quomodo aliquis  
sit commune huic aut illi, an ut genus, an ut species, etc. Mirari  
nullo modo universalitas illa consistit in externa quadam denomina-  
-tione, posteriori est relatio rationis; ubi s. observetur, quod dicitur  
intellectum ita abstrahere et universalitatem efficere: sensus n.,  
quia corpori affixus est, et corporeo tra. modo cognoscit, nihil  
percipit, nisi singulare. At intellectus cum sensu nobilior sit,  
et spiritualis, naturam rei a singularitate et differentibus indi-  
-viduantibus separat, et universale etiam cognoscit. Demum sicut  
-dum est, quomodo id fiat: qua de re dud. sunt sententiae. Tho-  
-mas q. 1. q. 60. art. 1. statuit intellectum agentem ex ipso, qui  
ex phantasmate speciem intelligibilem facit, id prout est: solum  
n. naturam communem ejus individui, quod in phantasmate appare-  
-bat, relictis conditionibus singularibus intellectui possibili, per  
-illum representari. Contra sentit Scotus 7. sent. did. 4. q. 3.  
cum species intelligibilis sit ab intellectu agente, non repre-  
-sentari solum naturam communem, sed nat. etiam computatam,  
-ut ea a phantasmate proponebatur. Quod si ipsi sententia  
-Thoma supponatur, ad solum intellectum agentem et primo  
-universale efficere, sicut a Scotu sequamur, non intellectus agentis  
-sed possibilis id facit.  
Observandum quoque est, quomodo natura universalis desingularibus  
-pradicari possit. Scotus q. 9. in corphyr. putat, cum universale pra-  
-dicatur de singulari, amittere illud universalitatem, seu concipi sub  
-communi ratione, sed prout natura illa iam contracta est ab individuo.  
-Sed vera et communis sententia est, non obviare pradicativam  
-illam, quo minus natura universalitatem retineat. Et sane quan-  
-do homo pradicatur de Petro, vox homo non accipitur pro hoc  
-aut illo homine, seu hoc aut illo individuo, sed abstracte et pro  
--parte sine tali contractioe: eadem a. homini seu naturae hu-  
-mana competit universalitas. sicut. Hornej. 7. did. Log. l. 1. q. 7.  
p. 42. seq.